UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Nocte. xxxij. Lectō. j.
C Redidit abꝛam deo. ⁊
reputatum eſt illi ad iuſtici-
am. Dixitq; ad eū. Ego do-
min⁹ q̄ eduxi te de hur chal-
deoꝛum vt darem tibi terrā
iſtam et poſſideres eam: at il-
le ait. Domine deus: vnd̄ ſci-
re poſſum ꝙ poſſeſſurus ſuʒ
eam. Et reſpondit domin⁹.
Sume mihi inquit vaccaʒ
triennē ⁊ capꝛam trimam et
arietem annoꝝ trium: turtu
rem quoq; ⁊ columbā. Qui
tollens vniuerſa hec: diuiſit
ea per mediuʒ: ⁊ vtraſq; par
tes contra ſe altrinſecus po
ſuit. Aues autem non diui
ſit. Deſcenderūtq; volucres
ſuper cadauera: et abigebat
eas abꝛam. Tu aūt. Lcō. ij.
C unq; ſol occūberet ſopoꝛ
irruit ſuper abꝛam: ⁊ hoꝛroꝛ
magnus ⁊ tenebꝛoſus inua-
ſit eum. Dictumq; eſt ad eū
Scito pꝛenoſcens ꝙ pegri-
num futurū ſit ſemen tuū in
terra non ſua ⁊ ſubijciēt eos
ſeruituti: ⁊ affligēt q̄dringē-
tis annis. Verūtamen gen-
tem cui ſeruituri ſunt ego iu
dicabo: ⁊ poſt hec egredien-
tur cum magna ſubſtantia.
Tu autē ibis ad patres tu
os in pace: ſepultus in ſene-
ctute bona. Generatōne aūt
quarta reuertētur huc. Nec-
dum eñ complete ſunt iniq̄
tates amoꝛreoꝝ vſq; ad pꝛe
ſens tempus. Tu. Lcō. iij.
C um ergo occubuiſſet ſol:
facta eſt caligo tenebꝛoſa: et
apparuit clibanus fumans:
⁊ lampas ignis tranſiens in
ter diuiſiones illas. In die
illo pepigit dominus fedus
cum abꝛam dicens. Semi
ni tuo dabo terram hanc a
fluuio egypti vſq; ad fluuiū
magnum eufraten: cineos ⁊
ceneſeos cethmoneos ⁊ ethe
os ⁊ phereſeos raphaim q̄ʒ
et amoꝛreos chananeos et
gergeſeos ⁊ iebuſeos. Tu.
Nocte. xxxiij. L. j. Gen. 16.
I Gitur ſarai vx- caꝑ.
oꝛ abꝛam non genue-
rat ſibi liberos: ſʒ habēs an-
cillam egyptiā nomīe agar:
dixit marito ſuo. Ecce con-
cluſit me dominus ne pare
rem: ingredere ad ancillam
meam: ſi foꝛte ſaltem ex il-
la ſuſcipiam filios. Cumq;
ille acquieſceret depꝛecanti:
tulit agar egyptiam ancil-
lam ſuam poſt annos decē
q̄ʒ habitare ceperāt in terra